

## Illvstrivm Scriptorvm Religionis Societatis Iesv Catalogvs

Ribadeneyra, Pedro de Antverpiæ, M. DC. VIII.

Μ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68452

## , M.

ARCVS GEORGIVS, natione Lustanus, pa-Marcos Georgios, natione Lantanas, patria Conimbricensis, in eiusdem ciuitatis Collegio Societatem nostram complexus est x v 1. Martij anno salutis M. D. X L V I L I.cum iam egregiam Iuri Canonico operam nauasset, atque inter ceteros eius Academiæ scholasticos, ingenij scientiæque opinione excelleret. Posteà Doctoris Theologi gradum in Academia Eborensi adeptus, sacram Theologiam in eadem Academia professus est. In Collegio verò sancti Antonij Olyssiponensi quæstiones de moribus sapienter primus explicauit, innumeris pænè sacerdotibus. Vi dicendi, verboque Der è suggesto enarrando, emicuit. Romam misfus est ve apud P. Franciscum Borgiam, Præpositum Generalem, Procuratoris munus obiret; atque inde reuertens, piè admodum Ebore excessit è vita, mense Decembri anni salutis M. D. LXXI. Atque hic vir tantus, qua erat charitate atque humilitate, exiguum libellum, sed peregregium,

De Doctrina Christiana, ad puerorum rudiumque

institutionem, Lusitanice scripsit.

MARTINVS BECANVS, natione Belga, patria Brabantus, magno ingenio, & ad omnem litteraturam nato, in Philosophia ac Theologia, quam multos iam annos in Germania profitetur, clarus. Scripsit,

Enchiridion variarum disputationum De fide hæreticis seruanda. cum appendice in sæderatorum inferioris Germaniæ defensionem tertiam contra calum-

niam pacis perturbata.

De

riplit

To-

, VII

uin-

riplit

bono.

etem

e Sao

r us

tani

ustè

tria

eti-

INI

Ro

De officiis Angelorum circa homines.

Disputationem de Antichristo reformato contra Magdeburgensem Caluinistam: cum Appendice,

An Romana Ecclesia defecerit à side.

MARTINVS DELRIVS, natione Belga, patria Antuerpianus, sed, quod nomen ipsum indicat, Hispano patre natus, anno salutis m. d. xxc. ætatis verò vndetricesimo, ad Societatem nostram adductus est, cùm Regius Brabantiæ Consiliarius esset, ac multarum litteratum cognitione probè instructus: quocirca Hebraicam linguam in Societate professins est, Philosophicas scientias exposuit, quæstiones de moribus explicauit, & sacram Scripturam variis in locis interpretatus est. Scripsit iuuenis,

In Claudianum Poetam & in Solinum Notas.

In Seneca Tragadias Aduerfaria. Item,

Miscellanea in totum Ius Ciuile.

Repetitiones in l. Transigere, C. de Transact. &, Commentarium multiplicem in l. Contractus de Reg. Iuris. In Societate autem,

Florida Mariana, sine De landibus sanctissime Vir-

ginis Deipar & Panegyricos.

Desquisitionum Magicarum Tom. 111. sæpiùs locupletatos.

Tragadie Latine Syntagma.

Commentaria in Cantica Canticorum.

Notas in D. Orientij Commonitorium carmen, & in D. Althelmi anigmata.

De difficilioribus & viilioribus sacra Scriptura

locis Tom. 111.

Commentarium litteralem in Threnos Ieremia.
Pharum sapientia, seu Comentarium in Genesin.

MAR-

C

MARTINYS FORNARIVS, patria Brundifinus,

scripsie Institutionem Confessariorum.

atra

ice,

tria

Hi-

ve-

tus

,ac

us: fef-

nes

1113

63

ir-

ùs

78

ű.

MARTINVS LATERNA, natione Roxolanus, patria Drehibecensis, adolescens Societati nostræ se addixit, anno salutis m. d. l x x 1. & vsque adeò in virtute profecit, maximeque in omnium Virtutum Regina charitate, vt diu noctuq; no cessaret, neque vel concionibus habendis, vel confessionibus audiendis vmquam desatigaretur, dumodò piis ipsius laboribus peccator aliquis ad meliorem fruge conuerteretur. Scripsit,

Orationes duas funebres, alteram In exequiis Ste-

phani primi Polonia Regis, alteram

De praclaris in Ecclesiam & Rempub. meritis Valeriani Episcopi Vilnensis.

Polonice autem edidit,

Librum Precationum è Patribus piisque recentium Catholicorum libellis concinnatum, cui Titulum fecit: CITHARA, vel Decachordon spirituale.

Sed dum bonus Pater in Sueciam cum Sigismundo Polonie Rege proficiscitur, ex nauigationis molestiis morbum contraxit, & suadente medico in Poloniam rediens, captus à militibus classis Caroli Ducis, patrui Sigismundi, hæreticis, nostrique nominis hostibus infestissimis, in mare proiectus ac submersus est, prid. Kalen. Octobris, anno salutis M. D. X C V I I I.

MARTINVS CLAVIVS, natione Hispanus, patria Cantaber, ex oppido Victoria. Vir suit ingenio, iudicio, doctrina, eloquentia, disputandi vi, argumentorum robore atque essicacia, cum paucis comparandus. In Academia Parisienti sapientia laude storuit,

floruit, & inter Doctores Theologos primas omnium opinione tenuit. Curiam deinceps Caroli V. Imp. secutus est. In Concilio Tridentino, Otthonis Truchsis Card. Episcopi Augustani nomine, sententias dixit : sed dum Tridenti versatur, mirabiliter à DEO ad nostrum institutum amplectendum vocatus est. Concilio autem sub Ivilo 111. propter varia impedimenta suspenso, Romam venit, anno salutis M. D. L 1 1. seque totum B. P. nosti IGNATII permisit potestati: à quo & ad Religionis normam apprime institutus, & ad perfectionem mirum in modum accensus est. Primus fuir qui sacram Theologiam D. Thomæ Aquinatis nostro in Romano Collegio publice professus est; eiusq; prelectioni initium dedit anno faluris M. D. 1111. eamq; per triennium tantummodò prosecutus est. Nam anno M. D. L V L. com B. P. nostro Ignatio parentasset, & sanctissimi viri corpus Kal. Augusti in sepulcro condidusser, x v 111. post die, Patrem suum sequens, in cælum vocatus, terram reliquit,& præmatura morte nobis ereptus est, vt in vita P. lacobi Laynez diximus. Scripfit præclaras

Assertiones de conditione, lapsu, & reparatione hominis: & alias itidem collectas ex lectionibus, qua in Collegio Societatis I e s v Romano habite sunt.

MARTINVS Roa, natione Hispanus, patria Cotdubensis, adolescentulus, ac vix xv. annos natus, seculo renunciauit, & Socieratem nostram expetiuit: admissus, probatus, & humanis ac diuinis litteris expolitus est. Postea cum magnas ex puerorum institutione redundare vtilitates in Rempubl, animaduerteret, totos xvi. annos erudiende iuuentuti impendit, atque Artem dicendi in nostro Cor-

dubensi

SOCIETATIS IESV.

145

dubensi Collegio professus est. Scripsit Latine librum, cui titulum fecit,

Singularium S. Scriptura atque externorum auctorum lib. v. Item,

De die Natali librum singularem,

Hispanice verò,

om-

li V.

onis

fen-

rabi-

dum

pro-

enit,

oftri

1910-

nem

ni la-

o in

prę-

11.

elt.

OITA

gulti

rem

it,&

. Ia-

e ho-

quæ

unt.

Cor-

tus,

eti-

s lit-

ero-

ubl.

ien-

or-

enli

Vitam illustrissimæ ac sanctissimæ Anna de la

MARTINVS SINGLERIVS, natione Roxolanus, patria Leopolitanus, adolescens Romæ Societatem nostram amplexus est, anno salutis m. deinde insigni ingenio ac iudicio, improboque studio humanasac diuinas scientias didicit, & cum doctrina, singulare omnium virtutum studium, & morum eximiam quamdam suauitatem copulauit. Itaque duobus Collegiis Præsectus, bonis omnibus, Religione, prudentia, ac benignitate se probauit. Scripsit Polonicè,

De aterna C H R I S T I Filiy DEI dininitate, contra Arianos, Sacræscripturæ testimonia collecta inter se, atq; expensa. quibus addita est Responsio ad cuinsdam Anabaptista scriptum, aduersus libellum P. Iascabi Vinecii

cobi Vinecij.

De vsura, & de tribus precipuis contractibus, nempe de Venditione cum pacto retrouendendi, de Censibus, & de Contractu societatis compendiosam doctrina. Latine verò edidit,

Zacharia propheta pro Christi dininitate illustre testimonium, aduersus Fausti Soncini Anabaptista

cauillationes explicatum.

MATTHIAS PVTZIVS, natione Belga, patria Macroduro Menapiorum oppido ortus, anno salutis M. D. XXCVI. IV. Martij Societati nomen de-

K dir,

146 CATALOGVS SCRIPTORVM

dit, & xx 11. Februarij M. D. xcv. Moguntię obiit phthisi. Iuuenis suit ingenio eximio.

Vincenty Bruni librum de B. VIR GINE ex Italico Latinum fecit, & Altare templi Moguntini car-

mine descripsit.

MATTHÆVS RADERVS, natione Germanus, patria Sueuus, adolescentulus se Deo in Societate sacrauit; in qua & humanioribus & seuerioribus litteris non minùs quam Religione excultus est. Deinde permultos annos iuu et uti erudiende impendit. Excellit enim cum omni dicendi elegantia atque ingenuarum artium cognitione, tum Poética facultare. Scripsit,

Commentarios in Martialem à se emaculatum.

Idem edidit,

Petri Siculi historiam de Manichais. Item, Concilium octauum Oecumenicum. Item, Viridarium Sanctorum ex menais Gracorum collectum.

Syntagma de statu morientium.

MATTHIAS MAYRHOVIVS, siue MAYRHOF-FER, natione Germanus, patria Monachiensis, Societaté in Germania complexus est pænè puer. Romæ tirocinium posuit, & Philosophicas & Theologicas scientias didicit, & feliciter Ingolstadij docuit, atque Academiæ Dilinganæ Rector præfuit. Scripst Germanicè,

Speculum Pradicantium. & Latine,

Theses de restitutione. &, De S. Incarnationis mysterio.

MELCHIOR CERDA, natione Hispanus, patria ex oppido Cifuentes Diœcesis Siguntinæ, adolescens vicesimum annum agens Iurisprudentiæstudiis

diis (quibus per quinquennium operam dederat) reiectis, ac sæculi vanitatibus abdicatis, sic Societatem nostram suscepit, vt se puerorum instituendorum vtilitati penitus dicasse videatur. Itaque xxx. ipsos annos, tum Hispali, tú Cordubæ, in erudienda & ad eloquentiam formanda iuuentute consumplit. Scripsit duobus Tomis

Apparatum Rhetorica, ad eam artem perdiscendam, omnemque Latinæ facundiæ copiam atque

elegantiam comparandam.

obiit

Itali-

car-

nus,

etate

1s lit-

.De-

pen-

ia at-

ëtica

m.

n col-

HOF-

,50-

Ro-

eolo-

cuit,

Scri-

atria

lole-

Atu-

diis

MICHAEL CARDANEVS, natione Germanus, patria Saxo, varia Opuscula contra hereticos Icripsit, arque illis conuincendis conuertendisque sin-

gularem à Deo gratiam consecurus est.

MICHAEL COYSSARDVS, natione Gallus, patria Bessanus, vir tum ad humaniores litteras docedas, tum etiam ad gubernationem aptissimus:itaque artem dicendi perdiu professus est. Et vt rem litterariam amplificaret, The saurum in Virgilium & Locos communes edidit, Poëticæ studiosis perutiles. Præterea vt turpibus cantilenis abrogatis honestæ succederent, Versibus Gallicis, facilibus, leniter fluentibus, & ad modulos aptis, Catechismum totamque Doctrinam Christianam complexus est, quem & Antuerpię Trognęsius excudit. Pręfuit Rector Collegio Lugdunensi, Turonensi, Aniciensi, ac Bifuntino.

MICHAEL EISELINVS, natione Germanus, dedit Disputationes Theologicas de Dinina gratia.

MICHAEL FERNANDEZ, natione Hispanus, patria Toleranus, ex oppido Mora, ingressus est Societatem, anno ætatis x 1 x. salutis verò M. D. L x 1. Is Leocadie sanctissima Virginis ossa ex inferiori Ger-

K 2

148

mania iusiu Gregorii x 114. Pont. Max. & Phi-LIPPI 11. Hisp. Regis Catholici in Hispaniam trasstulit, ipsique Philippo Regi & Gaspari Quiroge Cardinali Archiepiscopo Toletano in manus Toleti tradidit, atque eiusdem translationis Historiam materna lingua conscripsit.

\* Mycivs Angelys, natione Italus, patria Spoletinus, Philosophiæ, sacræque Theologiæ ad xvi. annos publicus professor, cessit è vita vix x1. an-

num attingens. Reliquit

Commentarios in omnes fere libros Philosophicos

Aristotelis. Item,

In Summam D. Thoma. Item, Notas in Epistolas D. Pauli. &. In Euangelium D. Matthei. &, In Tomos Conciliorum.

TICOLAVS BOONARTIVS, natione Belga, patria Bruxellensis, Philosophiam Duaci, Theologiam Louanij docuit, raro ingenij acumine. Edi permisit habitam à se Bruxellis coram Archiducibus Austriæ Alberto & Isabella

Orationem funebre in exequiis Gregoria Maximiliana Caroli Archiducis Austria filia, PHILIPPO III.

Hispan. Regi desponsa.

Breuem item Apologiam Gallice ac vernacule pro B. VIRGINE Aspri-collis; presso tamen vtrobique nomine. Maiora deinceps daturus, si longiorem vitæ vsuram Dei benignitas largietur.

NICOLAVS SERRARIVS, natione Lotharingus, patria Raberulanus, Societati nomen dedit Coloniç Vbiorum, anno salutis M.D.LXXIII. Primos XXIV.

annos